Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

fratris admonitus, universos jussit ad Italiam migrare Romanos. Gregorius Turon. Hist. Franc. l. 2, c. 19: Odovacrius cum Childerico foedus inivit: Alemannosque, qui partem Italiae (Ratiam nempe) ~~quae tunc adhuc Italia [illegible]~~ pervaserant, fugigarunt. Vide supra Add. 25.

42) Cassiodorus Chron. Idem var. l. 7 ep. 4 recitat diploma Theodorici, quo Servatum Ducem constituit: ex quo advertis, quod sequitur: Retia namque munimina sunt Italiae, et claustra provinciae: quae non immerito sic appellata esse judicamus, quando contra feras et agrestissimas gentes velut quadam plagarum obstacula disponuntur. Ibi enim gentilis impetus excipitur, et transmissis jaculis sauciatur furibunda praesumtio. Sic gentilis impetus vestra venatio est. Et hinc geritis, quod vos assidue feliciter egisse sentitis. Ideoque validum te ingenio ac viribus audientes, per illam ~~Ra~~ (istam) Indictionem Ducatum tibi credimus Retiarum: ut miles es in pace regas, et eum eis fines nostros solenni alacritate circumeas. Idem Cassiod. Ad eundem Cassiodorum l. 1. ep. 21, Theodoricus ad Servatum Ratiarum Ducem ita scribit: Maniarii hujus politione commoti, praesentibus te assamur oraculis, ut si revera mancipia ejus Breones irrationabiliter cognoveris abstulisse; qui militaribus officiis assuetis, civilitatem premere dicuntur armati, et ob hoc justitiae parere despiciunt, quoniam ad bella Martia semper intendunt; dum nescio quo pacto a sidne dimicantibus difficile est morum custodire mensuram. Quapropter omni protervia remota, quae de praesumtione virtutis potest assumi, postulata facies sine intermissione restitui.

43) Agathias l. 1 apud Velserum Rer. Aug. l. 8.

44) Brunner Annal. Boi. p. I, l. 4, n. 6. Falkenstein Hist. Bav. part. II, f. 33 sqq.

45) ~~Idem Auctores ibidem~~ Brunner Ann. Boi. p. I, l. 4, n. 6. Theodonem circa annum quingentesimum octavum in Vindeliciam venisse, tuto creditur; quod domestici annales omnes, qui caeteroqui in profectionis hujus consiliis, aggressione, progressionibusque mire discrepant, hac tamen in re eo anno assignando sine formidine conspirant. --- Illud potius dicamus, Theodorico volente Bojos in Vindelicia sedem posuisse; aliter enim regne potuisse quidem, hucusque disputata convincunt. -- Deformatam anniversariis cladibus Vindeliciam, et perpetuis incursionibus fatigatam; vetrum incolarum magnam partem, quotidianis obsaturatam arumnis, mutato solo, Odoacris imperio, translatam in Italiam annotavimus; ut exhaustam pene vacuamque possessoribus provinciam

Codex Gemisenensis scriptus saeculo XIII, ex Bibliotheca Caesarea productus ab Harsfeio, agnoscit Theodonem I, qui Danubium transiit anno 508, successorem habens Udonem filium. Bern. Notius Chron. Bav. Bojos Duce Theodone anno 508 in modernam sedem migrasse non ex Narisci, sed ex Neapoli, scribit, et trigesimo post anno defunctum filium reliquisse Udonem.